Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium vndecimum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

modo. aliqs lapis e ait, quae conmitter contradictoria illius, nullus lapis e ait.

Reductio per Expositionem est, quo assert medium certe syllogismi expositorij, nempe aliquod medium singulare manente eadem conclusione. Quo modo reducendis docet Aristoteles syllogismos 3. figurae: sit exempli gratia syllogismus in Darapti

Omnis homo e visibilis, omnis homo e ait, ergo aliquod ait e visibile. casu quo negetur conclusio, tolle medium, quod e homo, et sume singulare quod e Petrus argumentor; hoc modo. Petrus e visibilis, Petrus e ait, ergo aliquod ait e visibile.

Haec reductio facilis est, nec multa egit explicatione. Est n. quaedam demonstratio quasi ad sensum ut dicit D. Thomas opusculo 47. /. — Definitio Reductionis per Expositionem.

Dubium Undecimum

Quid sit Syllogismus Expositorius, Modalis, et Obliquus.

Syllogismus Expositorius est qui constat medio termino complete singulari. — Definitio Syllogismi Expositorij.

Genus in hac definitione est Syllogismus. Differentia. Constans medio termino complete singulari. — Genus et Differentia.

Per

Per hanc n. differt ab iis quae hactenus in syllogismis sunt explicata.

Explicatio definitionis.

Dicitur 1o in definitione, Complete singulari, quia sicut in syllogismis ostensivis medium terminum est, illud debet complete distribui saltem in altera praemissarum, ita in syllogismo expositorio medium debet ad minus esse in una praemissarum complete singulare. Illud autem est complete singulare, quod proprium est unius rei, nec potest identificari cum pluribus. Vel quod est plane incommunicabile, nec alicui rei quae cum aliis realiter communicabilis identificatur. Et talia media singularia sunt omnes res singulares creatae, ut Petrus, Paulus, Amandus, hic homo, hic equus &c. In divinis autem, cum eadem natura divina per infinitatem identificetur realiter cum tribus personis, fit ut non sit complete singularis, sed est partim terminus communis, partim singularis ut divina supra dicta tom. Unde omnes sequentes syllogismi non valent. fol. 65.
haec essentia divina est Pater. haec essentia divina est Spiritus S. ergo Spiritus S. est Pater. Item non valet Filius est essentia divina, Pater est essentia divina, ergo Filius est Pater. Et defectus horum syllogismorum oritur ex eo quia medium vel nullibi est complete distributum vel in nulla praemissarum complete singulare.

Syllogismus Expositorius valet in omnibus figuris.

Syllogismus iste Expositorius potest formari in quolibet figura mutata diversam medii dispositionem cum extremis: si n. terminus complete singularis fuerit in una praemissa subjectum in altera praedicatum erit in 1a fig: Si vero medium singulare praedicatur in utraque praemissa, syllogismus erit in 2a figura. Si vero bis subjicitur, erit in 3a figura in qua frequentius et naturalius solet formari syllogismus

1a

quia magis conforme est termino singulari
subiici, quam praedicari.
Exemplum in 3a figura sit sequens syllogismus.
Hic est Petrus est bonus, hic homo est Petrus, ergo hic homo est
bonus.
Pro 2a figura sit iste. Petrus non est hic homo, Paulus
est hic homo, ergo Paulus non est Petrus.
Pro 2a Cicero non est patriae proditor. Cicero
est maximus oratorum, ergo maximus oratorum non est pro-
ditor patriae. Et requisitum ad hunc syllogismum quod
omnes sint termini singulares, sed sufficit et requiritur
quod medium sit singulare, unde et iste syllogismus
est expositorius licet omnes sint termini communes
Petrus est animal, Petrus est rationalis, ergo aliquod rationale est animal.

Syllogismus Modalis est ille cuius una vel
utraque praemissa est modalis.
Quid sit propositio modalis patet ex supra dictis. fol: 181.
nec requiritur ut ex dicto patet, quod ambae praemissae sint
modales, sed sufficit et requiritur ad syllogismum modalem
quod una saltem sit modalis. ut patet in hoc syllogismo.
Necesse est animal sentire, omnis homo est animal. ergo necesse est
omnem hominem sentire. Item iste est modalis syllogismus
cuius utraque praemissa est modificata. Necesse est
omne animal esse vivens. nec est omnem hominem esse animal,
ergo necesse est omnem hominem esse viventem
Sunt autem tales syllogismi in quavis figura.
Exemplum primi modi. in 2a sit iste. Necesse est
nullum lapidem esse animal. necesse est omnem
hominem esse animal, ergo necesse est nullum hominem esse
lapidem. in 3. figura formare est possumus
modalem syllogismum hoc modo. Necesse est
omnem

vem hoiem esse ait. necesse est vem hoiem esse
ratem. ergo necesse est aliquid ait esse rationale.
Dubium hic exsurgit circa syllogismum modalem
constantem ex unica premissa modificata
qualis sequatur ex illa conclusio, simplex an
vero modalis.
De syllogismo cuius utraque premissa est modalis
certum est quod conclusio nostra eandem inferat modifica-
tionem. de altero vero syllogismo dubium est.
cuius solutionem nobis dedit Arist. qui pro singulis
figuris certas quasdam Reg: praescripsit.
1a Regula pro 1a figura de modo, necesse
est, quando maior propositio est de necesse, et minor de
inesse seu simplex colligit conclusio de ne-
cesse. Ut necesse est omne ait esse substan-
tiam omnis homo est ait, ergo necesse est omnem hoiem esse sub-
stantiam. Et idem fit in aliis modis. Si vero
maior fit de inesse et mini: de necesse. infer-
tur conclusio de inesse, et non de necesse.
Dabit enim et (?) consequens falsum. Ut
omne ait currit, necesse est omnem hoiem esse
ait ergo necesse est omnem hoiem currere.
consequentia est nulla.

1-priorum c. 13. et sequentibus.

2a Reg: in 2. figura. quando fuerit negativa
premissa de necesse, et affirmativa de inesse, sequitur
conclusio de necesse. ut necesse est nullum lapidem
esse ait, omnis homo est ait, ergo necesse est nullum
hoiem esse lapidem. quando si premissa de
affirmativa fuerit de necesse, et negativa de inesse
non

non infert conclusio de necesse. Ut necesse est omnem
hominem esse animal, sed nihil quod currens sit animal,
ergo necesse est nihil quod currit, sit homo. Et
probat quod haec argumentatio bona non sit, sed tantum reduc-
tione syllogismi huius, cuius consequentia ad 2. schema,
forma, nihil non concludit. ergo non est bona.
Debet autem sic reduci, convertendo minorem
ad contrariam simpliciter, et ponendo minorem
loco maioris hoc modo. Nullum animal currit
sed necesse est omnem hominem esse animal, ergo necesse
est nullum hominem currere, quae est in Celarent
in 1. fig. quae in illa ex maiori de inesse
et mini. de necesse non colligitur conclusio de
necesse ut dictum.

2a Reg: in 3. fig: in Darapti si maior
fuerit de necesse, et minor de inesse, sive
e contra. infertur conclusio de necesse. In Fe-
lapton si maior negativa fuerit de necesse,
et mini. affirmativa simplex, sequitur conclusio de
necesse. In Disamis et Datisi si propositio
minoris fuerit de necesse, et partis de inesse
infertur conclusio de necesse. In Ferison, si
negativa mai. fuerit de necesse, et minor
affirmativa simplex, sequitur conclusio de necesse. In
Bocardo vero numquam sequitur conclusio de
necesse.
Haec omnia facile facilis captis, cuilibet patent.

Prater

Praeter hunc modum Necesse. est et
alius modus, qui dr Contingens, de quo iam,
demum est qualis nam conclusio ex propositionibus
illis assertis inferantur.
1a Regula est. In 1a fig: quando utraque praemis-
sa est contingens, interdum conclusio de contingen-
ti. Ut contingens est vigilans moveri
contingit omnem hominem vigilantem esse,
ergo contingit omnem hominem moveri. quando
vero mia. est tantum de contingenti, mi: de
inesse semper conclusio contingens, imo ita potest
dici de omni et de dici de nullo. Ut contingit
omne animal currere, sed omnis homo est animal, ergo contin-
git omnem hominem currere.
2a Reg: quando in 2a figura ambae praemissae
sunt de contingenti nihil sequitur. Ratio est,
quia talis syllogismus ~~non valet~~ nequit ad 1 fig.
revocari. Et ultra datur omnes veram conse-
quenti falso. ut videre est hic. Con-
tingit nullum hominem ambulare, contingit
omnem equum ambulare, ergo contingit nul-
lum equum esse hominem. Haec consequentia vera
non est. quia non est contingens hominem nullum, sed
equum sed omnino necessarium. ole est contra.
Si tamen in 2a fig: altera fuerit de contingenti
et negativa de inesse, recte colligitur conclusio
contingens, non tamen est contra. Ut nullum
jumentum est equum, contingit omnem hominem esse
equum, ergo contingit ~~omnem~~ nullum hominem esse
jumentum.
3a Rg.

3a Regula. in 3a fig: si utraq pmissa
fuerit contingens infert et cclũo de
contingenti, sed tn̄ pmissae debent sic modo
quo diffiniri solent propões de inesse. ut contin-
git om̄ hoīem ambulare, sed contingit om̄
hoīem esse album, ergo contingit aliq album
ambulare. Si in 3. fig. una tn̄ pmis-
sarũ fuerit tn̄ de contingenti, et altera
de inesse, recte infert cclũo de contin-
genti, ut contingit om̄ hoīem moveri,
sed om̄s hoīe ãl, ergo contingit aliq ãl
moveri.
Quia vero pt accidere q una pmissarũ
sit de contingenti, et altera de necesse,
hinc quaerendũ est et qd tunc sequatur.
1a Reg: sit. In 1a fig: sed si maior sit de
contingenti, et min: de necesse. infert cclũo
de contingenti. ut contingit oē ãl dormire,
necesse est om̄ hoīem esse ãl, ergo contin-
git om̄ hoīem dormire. Si e contra mai-
or fuerit de necesse, et min: de contingenti
colligit cclũo contingens. Ut necesse est oē
currens moveri, sed contingit om̄ hoīem
currere, ergo contingit om̄ hoīem mo-
veri. Hae Reg: est p modis affirm. Pro
negativis 2a fig: est ista. Si maior negativa fue-
rit de contingenti et minor de necesse, conclu-
sio infert aut contingens. ut contingit nul-
lum ãl dormire, sed necesse est om̄ hoīem
esse ãl, ergo contingit nullum hoīem dormire
Si

Si vero maior negativa fuerit de necesse
et minor contingens, infertur duplex conclusio
una de necesse altera de contingenti.
vel necesse est, nullum lapidem esse currens,
sed contingit omne album esse lapidem, ergo
contingens est nullum album esse currens.
vel nullum album est [illegible].

2a Reg: in 2. fig. si negativa fuerit
necessaria, et affirmativa contingens, duplex
infertur conclusio. una de necesse altera
contingens. vel necesse est nullum cygnum
esse nigrum, sed contingit omnem equum esse
nigrum, ergo nullus equus est cygnus. vel ergo
contingit nullum equum esse cygnum, late
loquendo de contingenti. Si e contra
res se habet, ita ut negativa sit de contingenti
et affirmativa necessaria, nulla conclusio recte infertur
quia potest dari omnes veras et consequens fal-
sum. vel contingit nullum cygnum esse album
sed necesse est omnem cygnum esse album,
ergo contingit nullum cygnum esse cygnum.
Quae consequentia certe falsa est, antecedente vero.
In Baroco vero nihil omnino concluditur.

3a Reg: In 3. figura, quando modi
affirmativi sunt praemissas, quarum una est con-
tingens altera necessaria vera, retentum
conclusio contingens, ut contingit omnem hominem
esse album, sed necesse est omnem hominem esse
animal, ergo contingit aliquod animal esse album.
Quando

Ergo a. medii negati sunt negationes contin-
gentem, et affirmationem necessariam, recte sequitur
conclusio de contingenti. ut contingit hominem
multum ambulare, sed necesse est omnem hominem
esse animal, ergo contingit aliquod animal non ambu-
lare. E contra si negativa fuerint necessaria
et affirmativa contingens, infertur duplex conclusio.
una de contingenti, altera de necesse.
Circa syllogismum Modalem hoc notetur, ne in illo
procedatur a modali composito ad divisa,
unde non valet omnem regionem illuminari
a sole est impossibile, germania est regio, ergo ger-
maniam illuminari a sole, est impossibile. et et
non valet album esse nigrum est impossibile pa-
ries est albus, ergo parietem esse nigrum est impos-
sibile.

Syltymg Obliquus in quo me-

dium vel certas aliqua est Casus Obliquus.
Ut Regum est esse munificos. Joannes est Rex
ergo Joannis est esse munificum. Et iterum
Omnis potestas est a Deo, magistratus est potestas
ergo est a Deo.
Ut autem noscatur an syllogismi constantes obliquis sint
boni vel mali, attendenda est Regula in primis.
quam tradit Aristoteles, Ponatur syllogismus con-
stans casibus obliquis esse syllogismus recte constans
rectis expositis. Quod si syllogismus constans rectis
fuerit bonus et syllogismus obliquus bonus erit, ut iste. Cui-
cunque animali inest sensus, homo est animal ergo homini inest sensus,
bonus

Bonus et legitimus est, qui aequivalet huic syllogismo constanti capite recto, ex actu sensibile, hoc est, quod hic est sensibilis.

Dubium Duodecimum. Quid sit Syllogismus Sophisticus.

Cum non tantum ad Dialecticii considerationem spectat, ut per rectam ratiocinationem ad veram rei cognitionem perveniat, sed ut et falsum devitando et agnoscendo, falsitatis errorem evitet, conveniens videtur aliquid pro complemento dialecticarum institutionum de Falsa et Erronea Argumentatione breviter aliquid dicere.

Et cum ex syllogismis sophisticis multi errores et falsitates soleant provenire, de ipso in hoc ultimo Dubio quidnam sit, agemus. Definitur autem ab Aristotele in Elenchis hoc modo.